et aliud orgiale dictum petentibus fugam vite dedere suffragium et florentinorum similiter labor immensus et dies qui iam inceperat inclinare duravit enim bellum fortissimum valde per diei partem quasi ~~per~~ dimidiam militibus trecentis qui aderant urbevetanis cum senensibus ex adverso pugnantibus potentissime et sunt evulsa temptoria et omnia rapta ad exercitum pertinentia. milites peditesque sunt capti mille ducenti seu circa et plures ex utroque parte mortui quidam graviter vulnerati. Audaces vero quidam florentini cum essent inimicos fugando graviter fessi predictorum castrorum incosulte ripas ascendentes luctuosam reportaverunt victoriam. In reversione vero per silvam sunt armis proiectis in fugam florentini repleti quoniam utilius erat defendentibus ipsa eos fugare nudos quam indutos